

lemeunque, ut tertiam, quartam, quintam. Sed effectu tantum, non ratione & argumento generalis est. Recta autem, quae assumitur, laterum sectionem habet. Secas enim ab initio quantumlibet, tum si tertia secunda sit, ut hic fecat Theon, secas præterea duas partes primæ æquales: si quarta secunda sit, secas tres, & sic deinceps.

10 Non unam partem proponit, ut superior, sed quotlibet & eujuscunque rationis. Norabis autem in hac propositione, verbum *μοιως* similiter, pro proportionaliter: ut intelligamus aliquando Euclidi similitudinem idē esse quod proportionem. Eutocius ad 3 th 2 de sph ζ . Arch.

Sirecta est ad partem ut simul interque data rationis terminus ad alteram, secatur data ratione.



11 & 12 Respondent in numeris 18 & 19 p 9. neque tamen iccirco hæ sunt inutilis geometriæ, aut non geometricæ. Nec enim lineæ omnes sunt numerabiles aut explicabiles numero, ut latera quadratorum 3 & 5: neque omnibus numeris propositis duobus vel tribus est tertius & quartus proportionalis numerus, ut etiā nominatim profitetur Euclides in Arithmetica, quærerit enim utrum possibile sit. At omnes lineæ sunt explicabiles geometricè, & omnibus duabus vel tribus potest inveniri tercia & quarta proportionalis. Itaque non quærerit hic utrum possibile sit, sed constanter asseveratur.

13 Huic verò propositioni in numeris nulla respondet apud Euclidem, neque enim perpetuò est ut inter 3 & 5, neque si sit, inveniri tamen sine quadrati lateris analysi admodum possit: In geometricis autem res multò promptior & expeditior est, omniumque duarum linearum & est & invenitur perpetuò & protinus media proportionalis. Huc potest aggregari & illud.

Si duarum rectarum major minimum dupla minoris fiat diameter circuli, minorque extrema diametro perpendicularis connectatur cum peripheria per rectam diametro parallelam, recta à connexione diametro perpendicularis erit aequalis minori & proportionalis inter segmenta majoris. Campan. 13 p 10: ut hic vides.

14 Mirum videatur in hac propositione cur geometres non potius dixerit parallelogramma æquiangula, quæ æqualem angulum unum habentia, cum unicus æquari non possit uni, qm reliqui separatim æquentur reliquis.

Videtur autem voluisse crura designare æqualis anguli, quæ sola reciprocantur: Nam si duo rhombi comparentur cquianguli, singuli unius anguli singulis alterius æquabuntur, non tamen omnes omnibus. Est verò hic notabile quod antea notaui, non jam dici ab Euclide reciprocas figuræ, sed latera figurarum reciproca, quod iterum faciet proxima propositione. Notabis hic verò etiam reciprocationis lege solum comprehendi triangula & parallelogramma, sicuti antea comprehensa sunt altitudinis comparatione.



15 Hac